

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

28

1398 agosto 7, Ind. VI, Matera

† Quo Christus natus sumbsit de Virgine carnem anno millesimo trecentesimo nonagesimo octavo. Regnante... Lodayco secundo Dei gratia... Ierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et Andegabie, principatus Capue, Provincie, Tironie, Fenomanie, Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum eius anno quartodecimo,... mense augusti, die septimo eiusdem, sexte indictionis, Matere.

Nos Iohannucius Antonii de Blasio, annalis Matere iudex, Tutius de Rahone, de eadem terra, puplicus per provincias Terre Ydronti, Terre Bari, Basilicate et Capitinate reginali auctoritate notarius, Antonius de Riccardo, dopnus Petrus de Romata, Iohannes de Rucchulo, Nicolaus de Aquasanta * et Iohannucius de Ionatha, testes... de eadem terra,... fatemur... quod... constitutis Margarita muliere relicta quondam Andree de Tricarico * et Nicolao Iohannis de Monte, de eadem terra Matere,... prefata Margarita... asseruit... quod cum ipsa haberet... intus in dicta terra Matere, in Saxo CaviOSO, in vicinio ecclesie Sancti Clementis, criptam unam cum platea, cisterna ab aqua, orto uno cum arbore una de oliva ante ipsam et criptilla una contigua ipsi cripte... et placebat ei ipsam vendere... Qua propter... prefata Margarita,... stante... cum ea et sibi auctorizante et consentiente, in tota serie presentis contractus, Antonio de Papaleone pro mundualdo suo per eam posito et electo in presenti contractu tantum et per prefatum Iohannucium de Ionatha, baiulum cabelle baiulationis dicte terre Matere presentis anni... et per nos... iudicem et notarium sibi dato et confirmato, in defectu sui filii et legitimi mundualdi, absentis a dicta terra Matere, interrogata quoque... et diligenter

examinata... per me prefatum iudicem de vi, dolo, metu, suasionem seu deceptione alicuius et non reperta... pati aliquid ab aliquo de premissis,... vendidit... prefatam criptam... prefato Nicolao Iohannis de Monte,... pro tarenis viginti... Cuius... cripte, orti et platee... dicta Margarita... hos dixit esse fines, videlicet: primus finis est frons ipsius cripte et porticelli; secundus finis est cripta presbiterorum episcopatus Matere; tertius finis est via vicinalis introitus et exitus ipsius cripte; quartus finis est via publica... Quod si contra venire presumpserit dicta... venditrix... promisit et se suosque heredes... obligavit per guadium et stipulationem solemnem prefato emptori solvere,... pene nomine, unciam auri unam... et totidem curie regie seu domini comitis...

1

† Iohannucius Antonii de Blasio annalis Matere iudex

† Ego Antonius de Riccardo testor qui supra

† Signum crucis proprie manus Nicolai de Aquasancta qui supra testis scribere nescientis

*

prefato emptori *nell'interlineo*